



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Titulus VI. De Clerico ægrotante.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

possit Princeps jus quæstum tollere; nam ea ad tyrannidem tendit, non dignam bono Principe, secundum dicta ad tit. D. De LL. nu. 35. Covarr. 3. Var. Resol. c. 6. nu. 8. Sarmient. I. Select. Interp. c. 8. nu. 20. & 25. Dill. Gars. De benef. ps. c. 1. nu. 2. cum aliis, quos citat.

TITULUS VI.

De Clerico ægrotante.

SUMMARIUM.

1. Absens ex causa morbi vel senii habetur presentis.
2. An & qui morbo causam dedit nimia crapaula?
3. Inutilis morbum aut senium dandus coadjutor.
4. Adiutoris officium.

Dictum supra Tit. 4. fructus dari propter officium, ideoque minimè debet non residenti. Quod patitur exceptionem iis, qui morbo, senio, aliterve affecti comparent nequeunt, quibus non tantum grossi, ut vocantur, fructus debentur, verum & quotidianæ distributiones, c. un. De Cleric. non resid. in 6. Navar. Conf. 10. nu. 1. De Clericis non resid. cum ipsorum miseria potius sit miscreendum, quam afflictio addenda, c. pen. b. t. Et facit, quod habentur pro praesentibus, ratione causæ impeditis, cui resitti non potest, arg. c. Cum non fiat 66. De R. I. in 6. Hoc tamen ita, quando morbus vel impedimentum causat absentiam in eo, qui solitus erat interesse divinis officiis, secundum DD. inc. Ad audiendum sup. tit. 4. Felia. in c. Apostolica nu. 12. sup. de except. cum alias nulla daretur afflictio afflictio, denegando distributiones, quas, cessante impedimento, non fuisset lucratus, utpote in divinis non solitus comparere. Posset tamen consuetudo videi bona, etiam talibus ægrotis distributiones alargandi, ut afflictio subveniatur, & afflictio sublevetur.

2. Quid si morbo quis causam dederit nimia crapaula? R. Non videti idem concedendum, quod absentia causa non sit justa, & culpa sua non debeat auctori prodeesse, contra re-

gulam juris. Facit l. 5. D. Ex quibus caus. maiores, &c. ubi caret privilegio resumptionis, qui causam absentia procuravit. Posset tamen aliqui contraria opinio probari ex eo, quod licet sua culpa in morbum incidet, non tam eo fine & animo sit causarum impedimentum, quod per accidens est subiectum; neque enim semper imputantur ea, quæ ex præcedenti culpa procedunt. Covarr. 3. Var. Resol. c. 13. nu. 8. versc. Septimo. Quietiam tenet, pauperi, qui per luxum bona sua prodigat, ecclesiasticam tamen dandam esse, & possit bona Ecclesiæ alienari, ut ei subveniatur, 2. Var. c. 16. nu. 9. De excommunicato, incarcero, dimisso in exilium, dictum sup. eod. lib. tit. 4.

Q. An, quem morbus, aut senium fecit Ecclesiæ iniuriam, cogendus sit se abdicare suo munere? R. Minime, sed ei adjungendum esse, coadjutorem, alendum ex fructibus beneficii. Quod & obtinet in majoribus dignitatibus, c. fin. b. t. non distinguendo, quis morbus sit, ne etiam lepra infectus non sit removendus, sed ei coadjutor dandus, quo modo accipendum, c. 4. b. t. Pro qua parte facit, quod matrimonium carnale non solvatur per lepram, à quo quod spirituale procedit argumentum. Episcopis adjutorem dat Pontifex; aliis inferioribus Episcopis, aut is, cuius est confirmare, destruere, acceptare renuntiationem. Concessum tamen, ad evitandum detrimentum Ecclesiæ, ut Episcopus adjutorem sibi adsumat, unum aut duos, de Capituli consensu, aut, si demens sit, Capitulum ei provideat, c. un. eod. in 6. Si Capitulum consentire nolit Episcopo, aut Episcopus nolit admittere adjutorem, Rom. Pontifici eares significanda, cum conditione & circumstantiis Ecclesiæ & Episcopi, d. c. un. vers. si vero.

Adiutoris officium est, expedire ea quæ sunt Episcopi quoad jurisdictionem & Ordines, si fuerit Episcopus. Beneficiorum collatio reservata Episcopo, etiam sine consensu adiutoris, nisi fuerit mentis inops, ut dictum Tit. superiori. Alienatio rerum adiutori omnino prohibita, d. c. un. in fine. Extinguitur officium adiutoris morte ejus, cui datus. Mortuo non succedit, cum tantum sit datus ad juvandum, nisi specialiter aliud fuerit indulatum

Dd 2. causæ

causā cognitā à Rom. Pont. quo modo lo-
quitur canon. *Pessi* 11. q. 1. & *Trid. Sess. 25.*
6. 7. *De reform.*

TITULUS VII.

De Institutionibus.

SUMMARIUM.

1. *Institutione quid?*
2. *Ius instituendi ad quem spectat.*
3. *Examen instituendorum ad Episcopum spectat.*
4. *Inductio in possessionem qualiter fiat. & à quo?*

I Post acceptationem beneficii sequitur *Institutione*: quæ interdum pro confirmatione electionis ponitur, interdum pro imaginaria beneficii traditione, interdum & collationem includit; propriè tamen ab ea differt, cum collatio sit libera, hac autem necessario facienda ad alterius presentationem: estque non libera beneficii translatio, facta legitima auctoritate. Præterea *institutione* est ipsius personæ, quæ instituitur; collatio vero beneficii quod conservatur.

2 Spectat communi jure ad Episcopum, aut hujus consensu ad ejus vicarium, c. 3. b. 2. Azot. p. 2. lib. 6. c. 22. Sede vacante spectat *institutione* præsentatorum à patronis ad Capitulum, non etiam eorum, quæ ad liberam Episcopi collationem pertinent, c. 1. eod. in 6. quæ de re infra Tit. 9. De consuetudine vel privilegio etiam ad inferiores spectat, c. pen. h. 2.

3 Est autem Episcopi instituendos ab inferioribus nominatos ad curam prius examinare, ne indigni intrudantur: exceptis iis, qui ab Universitatibus seu collegiis Studiorum generalium præsentantur, aut nominantur, *Trid. Sess. 7.* c. 13. *De reform.* & *Sess. 24.* c. 18. *De reformat.* quod præsumuntur idonei. De origine, id est patria instituendi, non est disputandum, cum in omni gente qui facit justitiam, acceptus sit eo, c. 5. b. 8. quamvis data paritate, incola non postponendus externo. Imo licet dignum oternum præponere digniori externo, citra peccatum, ut probatum supra, *De elect. nu. 44.* Non recipiendi autem plutes, quam Ecclesiæ sive Monasterii sibi facultas, cap. 1. & 4. hoc sit.

nec admittendi laici spiritualium incapaces, c. 2. h. 2.

Institutionem subsequitur missio in corporalem sive actualēm possessionem, quicquid spectat ad Archidiaconom; sup. *Decr. Archid.* Varii ejus sunt ritus. *la. Abbatis inductio in templum, colloquio in fede;* *Canonicus adiungatio loci in Choro & Capitulogin Pastore ingressus templi, a seipso aperte benedicere, osculum Altaris summus pallium circumpanz.* Videatur *Rebuff.* in *Concord.* tit. *Divis. lat.* *Inductio in realem possessionem, combiti magis sit, etiam in laicum cadit, & impetrati sumptu nomine designari per insitum solet, quæ propriè sumpta, cum jactu in laicum cadere non potest; ut juris spiritualis incapacem.* *Wamel. Conf. 231. m. 6.*

TITULUS VIII.

De concessione præbendæ & Ecclesiæ non vacantis.

SUMMARIUM.

1. *Beneficia quando & quo modi vniuersitatis canuntur.*
2. *Beneficia utri vacantiæ qua recti imperantur.*
3. *Beneficia non vacantiæ collatione nulla, & recti illud imperantur.*
4. *Supplicans pro beneficio viventiæ an in omnibus pœnam?*
5. *Provisio talis ignoranti facta est extra patrum.*
6. *Per vacationem subsequentem collatione nullus valeat?*
7. *An & superveniente devolutione, antea facta?*
8. *De beneficiis non vacantiibz recti presidi S. P.*
9. *Nominandi ius ad beneficia primo vacantiæ Universitatibus concessum.*

VT collationes præbendarum & institutiones jure factæ censeantur, opere earum sint, quæ ante vacabant. Vacantia dicuntur, quæ possidente destitutæ, quæ contingit tripliciter. Primum, de facto ratus, quando possessione facti magis quæ est destitutus, quam titulo aut jure, vnu-